



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

De furibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

13. Quot divisionibus, & limitationibus, Tamburinus Judicis potestatem restringit? & nihilominus Baroni dicit, ipsum concedere illis ius rerum omnium, quarum lis apud eos movetur.

Venionunc ad confiscationem, quam ex suo inexhausto thesauro, & propriæ voluntatis Promptuario educit Baroni, hoc est illam (quam vendere quid velit, cum sit gratuita, & arbitraria) de hac venditione sic habet noster Author.

Venditio Sententiæ Probabilis.

14. TAMB. Occurrit hic non absimilis difficultas (ait lib. 8. in Decal. tract. 3. c. 7. §. 13.) in Iudice. Supponamus probabilem esse eam opinionem, de qua latè dixi lib. 1. c. 3. quam præter ibi citatos sequitur Dicaſt. lib. 2. de iust. tract. 1. d. 5. dub. 7. à num. 280. licere Iudici ex duabus opinionibus aq̃ue probabilibus unam eligere, & juxta illam proferre sententiam. Iam inquiri, licetne, & iuste accipiet Iudex pecuniam, ut potius illam eligat, quam mihi faveret, quam illam, quam meo adversario?

Respondeo: cum illam sententiam ego improbabilem judicaverim, & pluribus reprobaverim ibidem, consequenter assero, locum hic non habere questionem hanc, eam tamen legat, qui velit apud Less. lib. 2. c. 14. d. 9. num. 64. Val. 2. 2. quæst. 63. art. 4. d. 5. q. 7. p. 4. Salon. 2. 2. quæst. 62. art. 4. contr. 2. Ac probabile indicat Fag. lib. 8. in Decal. præcept. c. 26. num. 34. licet probabilis putet oppositum.

15. Ubi in his postremis verbis cum dicit Author (at probabilis indicat Fagundez) Iam refert hujus iudicium, & non approbat, cum ipse modo dixerit, eam sententiam improbabilem esse, & à se pluribus reprobata.

16. Unde etiam videre potes, tamen modo num. meo. 9. num. autem suo 7. & iterum num. meo 11. num. autem suo 9. sine, dixerit Tamburinus, propter auctoritatem extrinsecam posse Iudicem ex duabus probabilibus Opinionibus eligere, quam malit, tamen hic, dum inculcat eam libertatem in Iudice fuisse à se reprobata, audeo suspicari, si quid antea forte Tamburinus concesserat, ipsum nunc retractasse, dum tam expresse, ut dico, docet, eam sententiam fuisse à se reprobata pluribus.

Præterea recolere, quod supra cap. 12. num. meo 15. dixit ex Delugo Tamburinus, hoc est, in aliquibus casibus fortasse Doctores aliquid, propter aliquod caput, concedere valuisse, cum tamen non viderint caput aliquod generale, unde in omnibus casibus idem concedere potuerint. Recole, inquam, id, fortasse enim simili modo aliqui ex illis Doctoribus, qui concesserunt eam libertatem Iudici in sententia ferenda, non propterea statim concedent, sententiam illam, posse ab eodem vendi. Ab hac enim confiscatione dum illi abstinent, fortasse indicant aliquid vidisse, unde illam deducere non potuerint. Baroni vero nimis citò eam confiscationem efformare non dubitavit.

CAPVT XV.

De Furibus.

I. BARON. XV. **Q**ui adeo largus est in Iudice, non est parcus in Furibus, &

Reis. Permittit, constante gravi necessitate, cuique non solum propria occultare bono publico, sed etiam aliena surripere.

Duo hic consideranda proponuntur, alterum (instante gravi necessitate permittit propria occultare bono publico.) Alterum (permittit in eadem gravi necessitate, etiam aliena surripere.)

2. Quoad prius, offeram Tamburini germanam doctrinam, & à Doctoribus comprobata de occultatione propriorum Bonorum, quæ solet fieri Fisco, volenti occupare bona confiscata. Id enim (puto) intelligit Baroni per illud (bono publico) nam si per hæc verba intelligat bonum publicum Reip. quod periclitaretur, si occultarentur bona privatorum necessaria ad dictam Rempublicam conservandam; certè valde diversa quæstio esset, quam latè, & cordatè cum suis necessariis distinctionibus tractat Tamburinus lib. 7. in Decal. c. 1. §. 1. à num. 6. quilo-cus, quia ad rem nostram minimè pertinet, legatur ab eo, cui est otium, & id sciendi cupiditas. De occultatione igitur bonorum facta Fisco, quæ videtur tandem aliquo modo facta Reip. atque adeò bono publico, ita habet Tamburinus.

3. TAMB. Secunda Regula (ait lib. 2. in Decalog. c. 1. §. 4. num. 10.) ex DD. mox citandis. Sive dicamus, talem hæreticum amittere dominium suorum bonorum à pucto commissi criminis, sive non amittere, certum sit non obligari in conscientia, ante sententiam se spoliare suis bonis, seu ea Fisco tradere. Ratio huius Regula est, quia extra potestatem legislatoris humani est posse per legem obligare delinquentem ad exequendam contra seipsum poenam gravem, & acerbam; cum bono communi repugnet talis obligatio; est enim humana infirmitati contraria, multaque transgressionibus obnoxia; at gravissima poena est, sua substantia amittende quempiam executorem constituere. Ex hac Regula vides, quantum juventur delinquentes, non solum in hæresi, sed etiam in aliis criminibus, quibus ipso facto annexa est poena confiscationis: possunt enim sine scrupulo retinere, & frui suis bonis, donec detur sententia declaratoria saltem criminis. Possunt item, ante eam occultare sua eadem bona & Fisco non tradere, nec Fisci ante dictam sententiam potest sibi ea accipere, quia delinquentes adhuc iure possident. Solum posset Fiscus ea sequestrare, & aliquid custodiendi tradere, ne distrabantur. Possunt denique ea dando, alienare, vel vendendo, modo ea recipienti damnum evenire non possit; quia licet illa alienatio annullanda veniat, tamen donec annulletur, valida est. Si-gitur ex futura annulatione damnum preventurum non sit recipienti, non est unde illicita censeri possit. Ita Sanch. lib. 2. in Decal. c. 12. num. 69. Farin. de hæresi, quæst. 190. §. 5. num. 82. Bonac. d. 3. de contr. q. 8. p. ult. §. 3. n. 4. aliique ab his citati.

4. Tertia Regula ex Doctoribus citatis (adde & Castrop. disp. 5. punct. 18. num. 3.) Post sententiam licet possit delinquens retinere ea bona, paratus tradere, si exigantur, nec obligetur ea offerre, seu manifestare Fisco, tamen non potest possidere resistere ejus executioni. Ratio posterioris partis Regula est, quia post sententiam Fiscus acquirit perfectè dominium illorum bonorum. Ratio prioris est, quia nimis durum esset, obligare delinquentem ad exequendam tantam poenam contra seipsum, quare præsumitur, tamdiu lex concedere ea bona fruenda delinquenti, donec Fiscus exigat. Quam legem sequitur Covarr. Simanc. Azor. Mobn. Sanch. Bonacin. Suar. Farin. ab eodem ibid. cit. Scio Castropalaum l. cit. num. 6. contrarium nobis esse in hac priori parte Regula; quia si delinquens, ait, amittit omnino

omniū dominium, & possessionem per sententiam; non poterit tuta conscientia ea retinere. Scio, inquam, hoc; sed ei sufficienter respondetur; ita quidem futurum fore, nisi lex, ut dictum est, concederet; concedit autem, ne quid nimis acerbum, & extra humanas vires precipere, convincatur.

5. Atque ex hac Regula fit primò, posse delinquentem ita in bonis frui, non exigente Fisco, ut postea Fisco exigenti non obligetur ad refarciendum consumptum; quia ut dictum est, donec is non exigit, conceditur delinquenti suorum bonorum liber usus. Ita iidem.

Fit secundo, non posse eundem delinquentem, imò & eius heredem, vel quemcumque possessorem eorum bonorum ex proposito, tunc (scilicet post sententiam) occultare, ne Fisci ea occupet, nec iidem possunt negare, se ea habere, si à Fisco interrogentur; nec tradere alteri clam conservanda, quia sic positivè resisterent, ne Fisci iam exigens consequeretur ea bona, quæ per sententiam sua iam omnino sunt. Ita iidem. Hactenus Tamburinus.

Hæc sunt perspicua adversus priorem cavillationem Baronii, transeo ad posteriorem, de rapien- te aliena, gravi instante necessitate. Sic autem habet Tamburinus.

An extreme, vel graviter indigenti,
liceat furari.

6. Quid sit extreme (ait lib. 8. in Decalog. tract. 2. c. 6.) quid graviter, quid communiter indigere, satis explicimus in superioribus (lib. 5. cap. 1. §. 1. num. 1.) quæ omnino sunt recolenda, ut etiam quæ sunt bona neces- saria ad vitam, quæ ad statum, quæ superflua. Quibus habitis, tria pro certis ab omnibus teneri puto, tria esse con- troversa.

7. Certum est primò, extreme indigentem posse quodlibet surripere, quod sit necessarium ad extremam indi- gentiam sublevandam. Ratio communis est, quia rectem- porales sunt à Deo data, ut vita omnium rerum tempora- lium nobilissima conservetur, quod vita conservanda ius, cum nemo à se abdicare poterit per rerum divisionem lu- re Gentium introductam; sit, ut in ea necessitate omnia sint communia, nec illorum Dominus possit sine peccato ejus speciei, quam mox § 2. à num. 4. decernam, impedire, imò si impediret, posset cum moderamine inculpata turba ab indigente occidi. Si tamen sit, qui probabiliter indigen- tem sublevet, vel ipse exercendo artem suam sibi succurre- re possit, non peccabis impediendo, vel non dando, & ipse si ate sumeret, fur esset, & latro. Ita Castrop. tom. 1. tract. 6. d. 2. de charit. p. 2. num. 4. quia in his circum- stantibus non est in necessitate.

8. Certum mihi est secundo, idem esse dicendum in valde gravi necessitate, quod in extrema. Ita idem num. 13. & p. 9. num. 5. Lessius lib. 2. c. 12. num. 71. Valq. aliquæ quos refert Delugo loc. cit. sect. 7. num. 153. contra Tur. Azor. Cajet. ab eod. rela- tos. Dicast. lib. 2. de Just. tract. 2. d. 9. dub. 9. num. 256. alios citans. Ratio est, quia pari modo na- tura inditum est, ut gravem necessitatem, quæ facile ver- git ad extremam, à se quisque, quoquo modo potest, a- vertat.

9. Vnum pro utrisque his certis adverto, à proximo extre- mo, vel graviter indigente, te extreme item indigentem non posse illud surripere, quod indigentiam sublevet, nec te indigentem graviter ab graviter indigente. Ratio com- munis est, quia tunc sine controversia melior est conditio

posidentis, atque adeo hic habet potius ius utenda rebus, ne pereat, vel ne cadat ex gravi ad extremam, quam qui- bet alius.

An positò, quod surripueris, obligeris in pari ne- cessitate restituere, alia est questio, alibi, Deo dona- enda.

Certum est tertio, sicuti potest indigenti in prædictis ob- bus pro se surripere, sic etiam alium pro ipso surripere in- isdem casibus posse, si is alius non habeat, unde ipse in se indigentem sublevere. Ratio est, quia tunc si fur quis uni- ne indigentem, & ut ejus instrumentum; sed si à habenda- de possit de suo, non vulgaris est difficultas. Verum quia non est admodum frequens, & nimis proluxa expositio diffi- cultates, satis est eam videre apud Bonac. p. 2. decreti part. quest. 8. p. 3. n. 8. Valq. c. 1. de Eleemol. doli 1. 2. 3. Delugo de Just. tom. 1. d. 16. sect. 74. num. 173. & c. nam quæ sequuntur, non faciunt ad præsentem in- stitutum.

Hæc est vera Tamburini, Castrop. Less. Valq. & aliorum doctrina, quam si Baronius, vel Jani- nista despiciunt, asserant meliorem, & acquo- scam.

CAP V T XVI.

De Reo imponente sibi falsum crimen.

1. BARON. XV. Si Reum vita, & carceris cadat, po- nitur, illo auctore, sibi falsum crimen im- ponere morte multandum.

Valde liberalis est Baronius, putans solum ta- dium vitæ, & carceris qui cetero modis loquuti videtur significare, molestiam non esse valde pro- vem) sufficere ex auctoritate Tamburini. Videmus ergo quid hic signate requirat strictius, ibi § 3. Decalog. c. 3. §. 6. n. 4.

2. TAMB. Sunt tamen diligenter duo distinguenda. Potest enim se quis infamare, vel propalando peccatum suum verum, vel impingendo sibi peccatum falsum. Illi- ficilius est illud sanè facilius.

3. Dico enim primo, ad evitanda tormenta graviora, & levia, posse quemlibet occultum suum, quod commisit crimen, manifestò proferre, etiam si sit mortis immine- quatur. Ita Less. Salon. Clavis Regia, alique ejus Bonac. d. 2. de rest. quest. 4. p. 10. num. 7. quæ adde Tolet. aliosque ibi d. cit. Ratio est, quia quis potest, cum laude mori propter scelus à se peccatum mortis dignum, & ex alia parte obligatio conservanda fama, non tam rigorosa, ut ex dictis patet.

Dico secundo, ad tormenta, damnaque graviora, posse quemlibet sibi falsum crimen imponere, etiam si sit sibi sententia, at non ad vitanda levia. Ita Barbo- llo in spec. Confess. d. 21. q. 6. num. 5. & 6. lucrum- mor sui dicti, non posse sine mortali dicat. Ibid. d. 1. quest. 24. num. 14. Ratio prioris partis est, quia verum peccatum cum tanto incommodo vitam sibi conservare, ut alibi dictum est. Ratio posterioris est, quia quilibet tenetur potest, & dire, quando non sine magna difficultate potest, nunc potest tormenta levia sustinere: ideo enim levia sunt, quia sustineri à te possunt, secus essent graviora. In pro- re dicto semper supponimus, abesse peritiam, cui de- famator sui providere non difficultate poterit per equi- cationem; itemque abesse damnum tertii: quod si sit